

FRANCISCI  
Balduini Iurif.  
conf. Com-  
mentarij.

DE LEGIBVS XII  
TABVLARVM.

Tertia, sed planè noua  
editio.

CICERO.

Discebamus pueri XII, ut car-  
men necessarium.

BASILEAE, PER IO-  
annem Oporinum.



AMPLISS. VIR O, D. E-  
RASMO MINCOVICIO, CAN-  
cellario Palatino,

FRAN. BALDVINVS s.



I qua olim in Iure Ro-  
mano maiestas fuit, fuit  
profecto in Legib. xii.  
Tab. nihilq; est in illius  
antiquitatib. quod ma-  
gis admirata, atq; etiam uenerata po-  
steritas sit, quæ quidē fuit erudita. Fe-  
cerunt tamen barbara deinde tempo-  
ra, ut talis tantusq; thesaurus inter-  
ciderit. Sed eæ supersunt reliquiae,  
quas omni studio colere debeant, qui-  
cunq; Legum rerumq; Romanarum  
studiosi sunt. Has itaq;, necq; nullo col-  
lectas labore, necq; nulla diligentia ex-  
plicatas, iterum edo: cumq; meliorib.  
auspicijs edere uellem, uisum est eas ad  
te, Vir ampliss. referre. Nihil certè ex  
nostris studiorum ciuilium Commen-  
tarij desribere, quod tibi offerā, nūc  
possem uel maius, uel à tua persona mi-  
nus alienum. Quod uero in hoc gene-

FRANCISCI BALDVI-  
NI IVRIS CONSULTI COM-  
mentarius De legib. xii.

Tabul.

P R A E F A T I O .



E ges Regiæ primum in iure Romano & antiquitatis memoria locum tenent. Secundum, leges xii. Tab. quod & L. Valerius ait apud Liuium, lib. xxxviii. De illis dictum est alias. De his nunc dicendum est. Regibus exactis, regias leges exoleuisse lege Tribunitia, Pōponius noster ait. Nam Brutus tribunus Celerum, Romanæ libertatis uindex, legem ad populum tulisse dicitur de illis abolendis. Sed eas demum tolli atque aboleri uoluit, quæ ad mores regios, & stabiendum regnum atq; tyrannidem pertinebant. Cæterum Romuli leges, quæ & Aristocraticæ magis erant quam Regiæ, & omnium curiarum suffragijs confirmatæ receptæq; fuerant, minimè sublatæ sunt. Numæ quoque leges de religione, tantum abest exactis regibus ut exoleuerint, ut etiam magis cultæ, atq; in usum reuocatæ sint. Sed & leges à Seruio Tullio latas de contractibus, quas Superbus aboleuerat, populus Rom. liber restituit, rursusque edidit: quod & populares essent, & humanitatis æquitatisq; plenissimæ. Sed populus iam numerosior erat, & urbs maior, priua-

A tarumq;

BASILEAE, EX OFFICI-  
na Ioannis Oporini, Anno salutis huma-  
næ M. D. LVI. Mense  
Augusto.

